non multum provecte etatis precipua[r] tamen mundanarum regum[z] et agibilium experiencia pollens a[b] ad adolescencia fuit imbutus. Fuit namque sui predecessoris Walrami toto tempore sui regiminis familiaris et[t] consiliarius, propter quod status ecclesie Coloniensis et negocia, res et persone fuerunt plurimum sibi noti.

etatis precipua tamen mundanarum rerum sciencia prepollentem. Qui tanto utilius utique ad ipsam[s] ecclesiam assumebatur, quanto certius familiaris pariter et publice rei ipsius ecclesie et tocius disposicionis eiusdem – utpote qui in toto predecessoris sui tempore familiaris et secretarius eiusdem extiterat et tam[u] in consiliis[u'] quam in actibus cuncta (sub ipso) rimatus fuerat – per experienciam summam rerum agibilium magistram cognicionem[v] et noticiam iam contraxerat[w] pleniorem. Idem igitur dominus Wilhelmus statim post suam promocionem, licet per annum et amplius tam in Romana curia, que tunc fuerat in Avinione, quam apud regem Francie necnon apud illustrem dominum Johannem ducem Brebancie – qui ambo principes ~~ipsum~~[x] antedicti ipsum[x] intime diligebant ipsum et negocia sua favore paterno dirigentes – ab ecclesia esset absens,

Post igitur promocionem suam[y] cepit idem
Luc. 12,42. dominus Wilhelmus sicuti fidelis dispen-
Luc. 9,62. sator et prudens manus ad aratrum ponere
nec retrorespicere[z], donec ipse ecclesiam sibi commissam licet tunc multis et gravibus debitis pregravatam optime reformavit; nec a multiplicacione talen-
Matth. 25,20. ti sibi crediti defecit, quousque ipse universa debita ecclesie per antecessorem[a] contracta, quamvis ipse interim de hono-

cepit sicut fidelis dispensator et prudens manum ad aratrum mittere et retro minime respiciens dictam sibi commissam plurimum desolatam ecclesiam cum summa discrecione et prudencia gubernare, nec a vigilanti diligencia commissi sibi regiminis et multiplicacione talenti sibi crediti destitit, quousque infra[b] paucos annos, quamvis interim

r) precipue 1. 4. 4'. 4". s) ipsius 5. t) et deest 3. u) tam suppl. u') conciliis 5. v) congregacionem 5. w) concoxerat (?) 5. x) ita conieci; se ipsos 5. y) suam deest 3. z) retrospicere 4. 4'. 4". a) suum add. 4. 4'. 4". b) in 5.